



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam
Consummatissimi, Consiliarii Electoralis & Professoris
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice
locupletissimo instructum

De beneficiis ecclesiasticis

Corvinus van Beldern, Arnold

Francofurti ad Moenum, 1708

VD18 10184902

De Legatis ad pias caussas. Tit. 15

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62028](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62028)

Coryinus
De Personis
et Beneficis Ecclesiæ

G IV.
32

454 ARNOLD. CORVIN. De Benefic. Ecclesiast.

fin. de testam. Caraccia. d. cap. 4. vers. quare non. Bart. & Dd. in unum. ex 81. ff. delegat. 1. nec pro equis armis, contra infideles excedis. c. in nostra. 10. de simul. d. c. fin. de testam. Molin. d. disput. 215. num. 8. Barbos. de offic. & potest. Paroch. d. part. 3. cap. 25. num. 47. iur. Eccles. d. lib. & cap. num. 50.

Debetur de omnibus mortis causa Ecclesiæ extraneæ, ubi sepelitur, relictis: sive titulo donationis, de Clem. didum. §. verum. ibi Gloss. Federic. de Senis. consil. 4. num. 4. Gemin. consil. 46. Barbos. d. co. num. 48. Sive institutionis; Molin. d. disput. num. 4. per Abba. m. num. 7. de sepultur. Sylvest. in Summa d. verb. Canonica portionum. 10. Barbos. d. loco. & num. Sive legati. c. 1. & 2. de sepuli. Sylvest. d. loco in fin. Covarruv. ad d. c. fin. de testam. Fr. Emman. d. tom. 1. p. 39. art. 2. in princ. Molin. d. disp. & num. Oldrad. consil. 225. num. 6.

TITULUS XV.

De Legatis ad pias cauſſas.

SUMMARIA.

1. *Fructus Beneficiorum* 6. *Sed prævia monitione.*
etiam consistunt in Legatis ad pias cauſſas. 7. *An unica.*
2. *Legatum ad pias cauſſas quod.* 8. *Per quem decernit in sinuari debet.*
3. *Executio ejus ad quem spectet.* 9. *Quæ partes hic Episcopi.*
4. *Quando.* 10. *Legatum ad certum usum relictum an converti potest ad alium.*
5. *Et ante illud tempus heredes cogi possunt.* 11. *Quæ legatorum ad pias cauſſas privilegia.*

Luoniam ergo fructus & redditus Beneficiorum , de quibus tractamus, quandoque etiam in *Legatis* seu relictis adpias causas in ultimis morientium dispositionibus consistunt, convenit ut hoc loco de ejusmodi Legatis tractemus; & dicenus breviter : 1. *Quae dicantur talia :* 2. *Ad quem eorum pertineat executio :* 3. *An & quando in aliud opus commutari possint :* 4. *Et quæ præ ceteris Legatis habeant privilegia.*

Quod in ultima voluntate relinquitur intuitu Dei ; *Abb. in proœmio Decretal. in §. Gregorius divid. numer. 25. & 26. ubi Felinus verb. Gregorius Episcopus. num. 25. Tyr aqua. tract. de privileg. pia cauſe in prefat. num. 3. Ecclesiis, capellis, monasteriis, piis locis alii, Tyr aquel. d. loco. vers. primus igitur. Mantica de conject. ult. volunt. lib. 6. tit. 3. num. 18. Magdalen. de numero testium. in testam. requis. cap. 1. num. 26. & cap. 2. num. 1. Barbus. lib. 3. Jur. Eccles. univ. cap. 27. numer. 12. & personis pauperibus, Alberic. in l. nulli. num. 27. Cod. de Episcop. & Cleric. Mantica. d. tract. lib. 3. tit. 3. num. 22. Menoch. de presump. lib. 4. presumpt. 115. num. 2. Bald. conf. 230. lib. 7. Sanchez. de matrim. lib. 1. disp. 4. n. 9. licet consanguineis; Fafon. conf. 183. col. 2. in princ. vers. 6. vol. 2. Boër. decis. 94. num. 2. Tyr aquel. d. loco. num. 16. & 17. arg. can. non satis. dist. 86. Gloss. in c. 1. de cohab. Cleric. & Mulier. ubi Abb. num. 4. & pro anima salute, & peccatorum remissione 5. Tyr aquel. d. loco. vers. item reliet. un. pro anima. Alex. conf. 209. lib. 2. Costa in c. pater. 1. verb. in suo testam. numer. 8. cum seq. de testam. in 6. Molina de justit. tract. 2. disput. 134. Benedict. Egid. in repetit. l. 1. Cod. de sacro sanct. Eccles. part. 3. in init. num. 1. Ciarlin. controvers. forens. cap. 5. num. 9. & cap. 33. num. 25. dicitur legatum adpias causas.*

Executio ejus spectat & ad Judicem secularem, & ad Ecclesia-sticum; Novel. 131. cap. 10. cum ejus ad utrumque forum spectet cognitio l. hereditas. cap. 53. in fin. ff. de petit. hered. ubi Glossa ext. in l. null. li. 28. Cod. de Episc. & Cleric. Auth. hoc amplius. Cod. de fideicom. Concil. Tridentin. sess. 22. de reform. cap. 8. in princ. Barbosa d. loco. numer. 22.

Facienda, si tempus à disponente præsinitum, statim ab 4
ejus

ejus clapsum ; non ante : *Abbas in c. nos quidem. 10. de testam.* Covarruv. num. I. in l. conclus. Molin. d. loco. diff. 231. si non ; immenses sex: *Novel. 131. cap. 12. §. si autem legatum.* *Abbas in c. quidem. num. 10. de testam.* Covarr. ibid. in princ. Molina. d. diff. 211. col. 1. propè fin. si fieri potest : aliás latius tempus à jure largitum : d. c. nos quidem : ubi intra annum. *Novel. 131. cap. 10. ubi intra quinque annos.*

Currit hoc tempus ab insinuatione , seu publicatione testamenti. d. *Novel. 131. cap. 12. §. si autem legatum.*

5 Possunt tamen heredes, sed postquam hereditatem acierint, f. l. si nemo. 9. cum seq. ff. de testam. tut. l. qui filio. 38. ubi Glos. verb. lib. ff. de hered. instit. singul. sec. Covarr. d. loco. Menoch. de success. §. 27. num. 4. *Coflain c. si pater. verb. deferuntur. num. 3. de testam. in 6. Abb. in d. c. nos quidem. num. 11.* Covar. num. 3. Molina d. loc. statim, arg. lib. qui 41. §. quoties. ff. de verb. oblig. l. quod dicimus. 105. ff. de statim. cedere diem. 213. ff. de verb. signif. l. in omnibus. 14. ff. de dir. rig. jur. etiam ante istius temporis lapsum, à Judice vel ex offici, vel ad partis peritionem , ad executionem voluntatis testatoris compelli: Cum illud spatium non in favorem heredum , aut executorum, sed defunctorum sit præsinitum. Post Abbat. Covarr. & alios Molina d. diff. col. 6. Benedict. Egid. in repet. l. 1. Cod. de SS. Eccles. part. 6. §. 1. num. 27. Qui præsumuntur velle, quanto citius fieri potest, impleri statim voluntatem , arg. l. cum res. 49. pr. ff. de legat. 1. & ibi Bart. Glos. in 74. §. in pecunia. ff. eod. Abbat. in d. c. nos quidem.

6 Præcedere tamen debet monitio ; d. c. nos quidem ubi: cum comoneas, & tunc per te adificetur. saltem generalis ; Felin. in c. cum sa Romana. num. 20. vers. 9. de appellat. Henricus de Synodo Episcopi. part. 3. art. 2. num. 129. Barbos. Tur. Eccles. univ. lib. 3. cap. 27. numer. 35. præcisè , si agatur simul de potestate exequendi devolvenda in Judicem ; d. c. nos quidem ; & l. d. unoquaque. 47. ff. de re judic. aut. Episcopum; Abb. num. 8. & 10. in d. c. nos quidem. Covar. ibid. num. 2. obicitat Ancharan. Card. Bald. Rochum & alios. ut constet de calliditate, aut negligentia heredis. d. c. nos. quidem. Papa Gregor. lib. 3. ep. 1. iudic. 12. q. 7.

Coryinus
De Personis
et Benefic. Ecclesiast.

G IV.
32

12. epist. 10. ubi : negligentia, vel calliditate distulerit. Et: tunc volumus,
ut fraternitatis tuae edificetur studio.

Sufficit ad hoc unica: d. c. nos quidem. ibi commoneas. c. tua no-
bis. in fine. ibi: monitione premissa. de testam. Bart. Salicet. in Auth. hoc
amplius. Cod. de fideicom. & ibi Jason. num. 3. Padill. num. 16. Guiliel. in
c. Raynulius. ver. si absque liberis. d. 2. num. 201. Menoch. de arbitr. cas.
498. num. 53. Sed, si simul agatur de privatione emolumenti, quod
estet habiturus Executor, requiritur bina: & sic interpret. Gloss. in
verb. monitus. in d. Auth. hoc amplius. Alexand. in L. ult. ff. de feriis. Gui-
lielm. d. num. 201. per d. Novel. 131. cap. 11. vers. si autem qui. ibi: semel
& secundo. Auth. licet. ibi: semel vel bis. eod. de Episc. & Cleric.

Decerni debet, per judicem ipsum; & sic intell. d. c. nos quidem
& ibi Abb. & de Auth. hoc amplius. & ibi. Angel. num. 2. Jason. num. 3.
Guilielm. d. verb. absque liberis. & alii citat. à Cinedo ad Decret. collect.
114. num. 3. infinuari potest per epistolam, aut publicum ministrum;
& sic intell. Padill. in d. Auth. hoc amplius. num. 16. fac. Gloss. in l. sanci-
mus. 13. Cod. de judic. Barbos. d. loco. num. 36.

Ubi de negligentia heredis constat; tenetur Episcopus Testa-
toris exequi mandata. d. c. nos quidem. in verb. secundum D. Thomam.
2.2. quest. 88. art. 1. & Sot. de justit. lib. 7. qu. 1. art. 2. praeceptum importan-
tibus, per te edificetur & assignentur, quibus similia habentur in c. si here-
des. 6. de testam. vid. Barbos. d. loc. num. 40. Liceris interdixerit, ne ad
Episcopum devolvatur Executio. c. tua nobis. 17. de testam. ubi Gloss.
verb. interdiu. d. Auth. licet. Cod. de Episc. & Cleric. d. Novel. 131. cap.
11. Covar. in d. c. tua nobis. numer. 6. Ripa in l. nemo potest. num. 127.
ff. de legat. 1. Sarmiento select. lib. 1. cap. 11. num. 13. Cum hoc sit in-
ceptum. Ergo. l. serv. 116. §. ult. ff. de legat. 1.

Nec etiam impedit prohibito testatoris, ne ab Executoribus redi-
ditio exigatur rationum; quominus eas possit exigere Episcopus. fac.
Clem. un. in fine. de testam. Jacob. de Canib. de execut. ult. volunt. part. 2.
§. nobiscum. num. 1. cum seqq. Barbosa. d. loco. num. 42.

Legatum ad piam cauillam, ad certum usum à testatore relictum, 10
convertere potest Episcopus ad alium, siudente hoc justa & rationabi-
li caussa, Barbosa. d. loco. n. 47. post infra alleg. Dd. & tum debet; Con-
cil. Tri-

[M m m]

cil. Tridentin. sess. 22. de reform. cap. 6. sed tantum vice una ; & consentiente testatoris herede : Marian. Socin. tract. de oblation. lib. 13. n. 13. Cuch. Inst. Major. lib. 2. tit. 9. Qualis si non subsit, non potest circa auctoritatem Pontificis : Clem. quia contingit. de relig. domib. punitus Gloss. verb. sedis Apostolicae. Cened. tract. & Canon. quiss. lib. 1. quod. 35. num. 15. nisi commutaudi necessitas urgeat aliunde, & ad hanc non possit summus Pontifex. Monet. de commut. ult. volunt. cap. 5. num. 34. Et nequidem cum illa ; nisi ad alium usum pium ; voluntati deficiunt proximiorem. Concil. Trident. sess. 25. de reform. cap. 8. Barthol. loc. num. 58. cum seqq.

II Habent Legata ad pias caussas praे aliis multa privilegia : Emerat ea Baptista de Toto. in singular. piar. causs. & in Sum. Privileg. piar. caussar. enumerabimus nos certiora.

1. Censentur valida, quoque tantum de testatoris mente, & legandi potestate constituerit. c. indicante. 4. de testam. cum dilectus. de success. ab intest. 2. Licet in genere pauperibus, aliquis certis personis sint relicta : 1. id quod. l. nulli. Cod. de Episcop. & Cleric. in e. cum tibi 13. Gloss. verb. dispositionem, de testam. Tyraquel. de privileg. pie caus. privileg. 55. & 56. 3. Alterius voluntati instituto heredis commissa. d. c. cum tibi 13. & ibi Covarruv. num. 12. l. fiducimissaria. 46. in princ. ff. de fideicommiss. libert. Tyraquel. priv. 64. 4. Si captatoria : fac. c. pertuas. 5. de donat. can. ult. 20. qu. ult. Butr. in l. Cod. de SS. Eccles. Tyraquel. d. priv. Trentacinqui. Var. resolut. lib. 1. id. de piacauffa. resolut. 1. à princ. 5. A filio familias : Bart. in l. 1. num. 23. Cod. de success. Eccles. Alexand. in l. senium. 3. §. 1. Cod. qui testam. fac. poss. Covarr. in rub. de testam. part. 3. num. 2. Crassus. §. testamentum. quod. 17. num. 12. Steph. Gratian. discept. forens. cap. 79. num. 20. b. Religiosis nihil proprii in commune habere valentibus ; pro alimentis, aut ad cultum divinum : Sord. in compend. privileg. mendicant. orb. legata. in annot. vers. & vero aliquid. Card. in Clem. ex vi. num. 13. Adchar. num. 8. & 21. Cordub. in reg. S. Francisci. cap. 6. qu. II. punct. 3. Fr. Emman. qu. Regul. tom. 2. qu. 126. art. 5. Barboja d. loco. num. 73. cum seqq. 7. Heres hereditatem non adeat, aut repudiet : Benedict. Epist. in d. l. Cod. de SS. Eccles. part. 3. §. 2. num. 115. Covarruv. in e. Ray. galda.

Coryinus
De Personis
et Benefic. Ecclesiast.

G IV.
32

naldus. §. 3. subnum. 10. de testam. 8. Detractionem Falcidiæ non patiuntur : Auth. similiter Cod. ad leg. Falcid. Tyraquel. d. tract. privileg. 26. Covarr. d. §. 9. numer. 7. Peregrin. de fiduci comm. artic. 3. à numer. 62. 9. Soluta indebitè , per condictionem non repetuntur : §. fin. Just. de obligat. quæ ex quæsì contr. Tyraquel. d. tract. privileg. 125. 10. Si Ecclesiæ simpliciter, non expresso cui relicta valent & debebuntur ; aut parochiali ; d. Novel. 131. cap. 9. & ibi Gloss. Tyraqu. d. tract. privil. 56. Menoch. de success. §. 27. num. 43. Costa. in c. si pater. verb. pauperes. num. 13. de testam. Graff. §. legatum. qu. 64. aut pauperiori : d. Novel. 131. cap. 9. Gomes. var. resolut. tom. 2. cap. 11. num. 8. octava conclusio. Graff. d. loco. n. 5. 11. Debentur etiam ex testamento nutu & signis condito : Gloss. in c. cum tibi. de testam. Tyraqu. d. tract. priv. 8. Magdalen. de num. test. intestam. requisi. part. 2. cap. 12. num. 35. Clar. §. testamentum. qu. 6. n. 7. Mantica conject. ult. volunt. lib. 4. tit. 3. num. 15. 12. Ut & cui tantum subscripterint testes duo : c. relatum. il. 1. de testam. & ibi Canon. & Covarr. num. 1. vers. hac verò decretalis. Tyraqu. d. tr. priv. 1. Clar. d. loc. quest. 6. num. 1. Boér. decis. 93. Magdalen. d. part. 2. cap. 3. à princ. 13. Imò si nulli : Menoch. consil. 167. num. 20. & consil. 224. num. 59. cum seqq. Mantica d. tract. lib. 6. tit. 3. num. 13. Magdalen. d. loco. num. 17. 14. Relicta pro dotandis pauperibus puellis, & dari possunt sine dote nuptis : Navarr. quæst. forens. 125. etiam viduis : Baptista de Toro in Sum. privileg. piar. caussar. priv. 84. &c.

[M m m 2]

TITU-